tes iam pugnando, iam fugiendo auersati fuerint.
fugient quidem, sed ad brauium; non certabunt, et
triumphum merebuntur; cedent, ne cadant. Hinc fu-
gere, vna est virtutis, pietatis assumptio, trames in-
uentio. Hinc fugisse, summum opus virtutis est.
Abite, abite ergo nos miseri homunciones, miseriam
nostram (erraui, lapsus sum:) felicitatem nostram
cognoscite; illam cum miserorum quorumcunque condi-
tione comparate; omnium felicissimos nos credite;
lusus ac ludibria, quibus perpetuò expositi estis,
in dignitates, si potestis, mutate, crudelitatem omnium
bonorum fontem dicite ac praedicate; illam, quibus
lubet, extollite (nihil tamen aliud, nisi grauissi-
mam infirmitatem, perpetuamque miseriam apta-
bunt.) illis applaudo, appreor, aggratulor. Vos
verò A.A. Humanissimi, illam, utpote cogni-
tis ac benè perspectis omnibus illius incommodis,
fugite, proscribite, caneque peius et angue execra-